



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Consolator Fidelis Et Proficientis Animæ seu
Exhortatiunculæ Spirituales Et Succinctæ In singulas
Dominicas & Festa anni divisæ, quibûs Confessarius in S.
tribunali animam Deum verè quærentem paternè ...**

Eisvogel, Veremund

Augustae Vindelic., 1727

Dominica 1. Septembris Festum SSS. Angelorum Custodum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52716)

Dominica I. Septembris. SS. Angelorum. § 17

SEPTEMBER.

Festum SS. Angelorum Custodum, seu titulare Congregationis Benedictino-Bavaricæ.

EXHORTATIUNCULA I.

Dilecte! ita est! Magna, eaque innumera sunt sancti Angeli custodis beneficia. Dedisset majora, si nostra fortè non impediisset irreverentia, & ingratitude. Ut saltem tribuat, & largiatur impostherum, amorem compensemus amandò. Angelo enim nostro debemus reverentiam pro præsentia: Devotionem pro benevolentia: Fiduciam pro custodia. S. Gregorius.

Instructio meritoria.

Octavam instituamus, & quotidie *Novem Pater, & Ave* cum Cantico: *Benedicite* oremus. Determinemus & nobis certum per septimanam devotionis diem, quò hunc tutelarem speciali honore veneremur, v. g. diem martis ubi frequentius usurpemus protestationem S. Caroli Borromæi S. Angelo

518 Dominica I. Septembris SS. Angelorum.
Custodi acceptissimam, & *in Mane nobiscum*, aut legibus Marianis invenien-
dam. Heu! quis à lectulo mortis repe-
let Sathanam, si S. Angelum neglexeri-
mus.

II.

Dignitatis suæ vix non obliviscitur
Angelus Custos, ut se totum in
nostras impenderet utilitates, & com-
moda. Quid enim operatur nostrum
causâ? Orat pro nobis; consolatur nos
tempore adversitatis; Subducit pericu-
lis; Tentatos roborat; defendit ab ho-
ste; Revocat à peccato; Præparat ad
pretiosam mortem, Et quid? Nos in-
honoremus pravîs moribûs, aut exem-
plîs vitæ pessimîs? Timeamus, ne nos
deserat.

Instructio meritoria.

In quovis angulo, in quovis diverfo-
rio, Angelo nostro habeamus reveren-
tiam, & hodie multiloquium cavea-
mus. Ore plerumque Deum contrista-
mur & SS. Angelos. In satisfactionem
subjungamus *Lytanias de Sanctis An-
gelis*

Dominica I. Septembris. SS. Angelorum. 519

gelis. *Angeli adstant orantibus, & credentibus.* S. Gregorius.

III.

O Fili! in manibus portat nos Dei angelus. Portat, ne uspiam ad lapidem offendamus pedem, seu vitam nostram. Ecce charitatem! Ecce! humilitatem! pulveri, cineri, fimento terræ tanta præstat obsequia. O nos elatos! Alta semper petimus, quia ima despiciamus. Chare! Omnes delectat celsitudo: Sed audiamus S. Augustinum: Ad celsitudinem humilitas gradus est: Quid tendis pedem? Cadere vis, non ascendere, à gradu incipe, ascendisti.

Instructio meritoria.

Angeli quid ita amant, ut humilitatem? Honorabimus, si in hac ambulaverimus. Id quomodo fiet? Elatos humeros, erectam cervicem, oculos in quoscunque obviantes infixos reprimamus, humiliato semper capite incedamus, oculis terram ceu futuram brevi sepulturam nostram consideremus: & erimus jucundum Deo, angelis, & homini-

mini-

minibus spectaculum. Pro obrinenda humilitate à Christo, & SS. Angelis ita nobilitatâ per novem dies *novem Pater & Ave cum Te Deum* peragamus. Placeat hic numerus novem Angelorum choris.

Festum S. Stephani Hungariae Regis, & Apostoli.

EXHORTATIUNCULA I.

Jacet ad pauperum, & miserorum pedes S. Stephanus, coram quo & populi sua flectebant genua. Humilitas non deprimit nobiles, sed magis nobilitat; quia humili Jesu assimilat. Quid hinc nostra superbia? Pauperes vix aspectu dignamur? O utinam non ratio & cum indignatione repelleremus! Filii, quid attentamus? Si fecerimus, Jesum abegimus! Quanta crudelitas!

Instructio meritoria.

Pauperes, & miseros si non habeamus, quorum pedes exosculemur, saltem limites aut Ecclesiae, aut cellulae, vel cubiculorum veneremur osculis, memores, quot ibi occasiones meritorum! Virtus quò